



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

102. An Regulares absentes cum licentia, ut possint cuicumque
confessario confiteri, possint absolvi à reservatis? Ex p. 3. tr. 2. r.119.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

peccata Confessariis non approbati ab Ordinario? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 96

Sup. hoc sup. in R. 87. cut. sim. in fin. & in R. 90. & 99 §. 2. in pt. & in tom. 1. tr. 3. R. 22. §. Quoad secundum & seqq. & in to. 2. tr. 2. R. 22. §. 2. ante med. & in to. 3. tr. 1. R. 39 §. vlt. & in R. 79. §. Ex quibus ante med. v. Et tandem & in to. 9. tr. 2. R. 162. prope fin. & R. citata ad lin. 12. huius textus ibi est 169. alia vero citata ad lin. 13. non facit ad rem. Et R. 46. citata ad lin. 11. ante fin. huius R. hic est supra 87. signanter in fine. Et R. 30. citata in hoc textu ad lin. 7. ante fin. Illius R. hic est R. antecedens. signanter in fine. eius §. 2. & c.

Sup. hac prima doctrina huius textus in §. 2. Ref. nor. seq. & in aliis eius annot.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Ref. 49. §. 1. sed lege eam per totam, & alias eius secundæ not.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Bordonus in *conf. Regul. resol. 37. quæst. 26. num. 70.* quia ait ipse huiusmodi approbatio Episcopalis requiritur solum pro audiendis confessionibus personarum secularium: præfati autem Milites non sunt seculares, neque sub eo nomine veniunt in fauorabilibus, aut odiosis, consequenter non comprehenduntur in decreto Tridentino, quod procedit, etiam si non sint verè Religiosi, quia quoquo modo sint Religiosi, gaudent priuilegiis propriorum Religiosorum, gaudent enim priuilegiis fori, & Canonis, vt ex Doctoribus citatis refert Diana *tract. 2. de immunit. resol. 72.* & in alio eodem *tract. resol. 71.* & sunt exempti à iurisdictione Episcopi sicut ceteri Regulares exceptis quibusdam casibus, quatenus gerunt vicem personæ publicæ apud seculares. Rodriq. *tom. 2. q. 59. art. 5. §. Secundo;* ergo gaudent priuilegio confitendi non approbati ab Episcopo; sufficit ergo quod confiteantur iuxta decreta suarum regularum. Ita tenent Sancius in *selectis disp. cap. 49 n. 1. & 13.* apud Barbosa *hic n. 11.* qui tamen loquitur in specie de Maltenfibus, vbi alios citat, & Dianam *Misc. 2. resol. 46. in fin.* cui hæc opinio non placet, sed huius displicentiæ nullam rationem refert, quod mihi displicet in tanto viro, qui tamen *resol. 30. de dub. reg. nobiscum* sentit. Huc vique Bordonus; sed ego in *d. resol. 30* non sentio cum Bordonis, vt ipse dicit & ideo me recognoscant Lectores, nam ibi aliquos adduco sententiam Bordonis tenentes; quam tamen relinquo aliis cogitandam, & assero consuetudinem esse in contrarium, vt nunc iterum doceo; & video dictos milites quoad receptionem Sacramentorum dependere ab Ordinariis locorum.

RESOL. CI.

Quis in Religione obtinuit licentiam à Superiore confitendi per spatium octo dierum cum quodam Sacerdote, à quo absolutionem obtinuit, post aliquos dies recordatus aliquorum peccatorum, quæ sunt, an possit illa confiteri cum supra dicto Sacerdote?
Et inferitur, habentem licentiam audiendi confessiones ad tempus, posse eò transacto, prosequi confessionem antea ceptam. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 46.

§. 1. **V**idetur negatiuè respondendum ex Zambrano de *casib. occurrent. temp. mort. cap. 4. dub. 5. numer. 2.* Sanchez in *summa, tom. 1. lib. 2. cap. 13. numer. 15.* asserentibus, si iam Sacerdos in articulo mortis à peccatis absoluat moribundum, non posse cum superueniente legitimo Confessario amplius audire peccata oblita: ita & in casu nostro cum ad ministrandum Sacramentum requiritur necessariò potestas iurisdictionis, quæ si delegata est, vt erat in casu de quo loquimur, cessat elapso tempore, ad quod vique fuerat concessa. Ergo, & c.

2. Sed quia tunc consulens non habebat alia peccata mortalia, nisi illa oblita in præterita confessione, & multum ruborem habebat confitendi cum alio Confessario: ego tunc existimaui potuisse illum primum Confessarium non obstante tempore elapso, & confessione finita, talia peccata oblita audire, & absolvere sine alia Superioris licentia. Et hunc casum postea inueni ita fuisse decisum in casibus Bononiensibus anno 1539. mense Octobri *casu* 2. vbi sic habetur. Si Titius non habeat aliud peccatum mortale præter illa duo oblita in confessio-

ne facta Caio Sacerdoti, tunc approbato ad confessiones, probabile videtur posse confiteri, & absolui ab eodem Caio, etiam non obtenta noua approbatione iam expirata. Ratio est, quia licet fuerit ante quatuor menses absolutus sacramentaliter à Caio, & ita videatur iudicium illud completum, opusque sit per nouam confessionem nouum instituire iudicium, in quo videtur Caius ex defectu approbationis iam expirata non habere iurisdictionem: nihilominus cum illa duo peccata mortalia oblita verè spectent ad priorem illam confessionem sacramentalem factam Caio tunc habenti necessariam iurisdictionem, videntur esse etiam nunc pars illius iudicij, seu causæ iam ceptæ à Caio Sacerdote, Et consequenter respectu istorum duorum peccatorum mortalium oblitorum non videtur expirasse in Caio antiqua iurisdictione respectu Titij penitentis circa illa duo peccata mortalia oblita, quæ adhuc videntur, vt diximus, esse pars præterita illius confessionis: & ista noua confessio non est ita independens à præterita, vt non sit aliquo modo moraliter pars, seu complementum illius. Est autem valde probabile, habentem licentiam audiendi confessiones ad tempus, posse eò transacto prosequi confessionem antea ceptam. Hæc omnia habentur in prædicta decisione, quæ individualiter casum nostrum confirmant.

RESOL. CII.

An Regulares absentes cum licentia, vt possint confiteri, que Confessario confiteri possint absolui à reseruat.
Ex p. 3. tr. 2. Ref. 119.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docere Peregrinum ad Fratres, §. 2. in *Scholio* notat Alphonsus de Leone de *offic. & potest. Confess. tom. 2. recollect. 11 n. 31.* eo quod quando conceditur licentia eligendi Confessarium extra ordinem causa itineris, vel commorationis in locis distantibus à Monasterio, conceditur etiam tacite licentia, vt à reseruatibus absoluitur.

2. Verum hæc opinio mihi non placet, quia facultas generaliter concessa eligendi Confessarium, non extenditur ad reseruata, vt ex multis textibus & rationibus probat Tamburinus de *inre Abbatum, tom. 2. disput. 6. quæst. 8. num. 4.* Suarez *tom. 4. disp. 27. sect. 4. num. 4.* Homobonus de *casib. reseru. part. 1. cap. 2. Fagundez prac. 2. lib. 8. cap. 8. num. 12.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 20.* Io. de la Cruz de *stat. Relig. lib. 2. c. 6. dub. 11. confid. 2.* & ex nostris P. Megala in *1. part. lib. 1. c. 10. n. 15.* & alij. Ratio est, quia in generali concessione non veniunt ea, que specialiter si peterentur, non essent concedenda, indecens enim esset, vt Sacerdotes seculares peccata grauius Religiosorum audirent, & ideo hanc licentiam contra Peregrinum, præter DD. citatos, tenent etiam Miranda in *manual. Pralat. tom. 2. q. 3. art. 6. concl. 2.* vbi sic ait. In generali concessione facta Religiosis à Prælatis, vt possint eligere Confessorem, quæ voluerint, non comprehenditur absolutio à casibus reseruatibus; nec etiam villo modo credendum est, quod quispiam sanæ mentis Prælatus sic indiscriminatum suam auctoritatem concedat alicui sibi subdito, vt absoluitur à casibus reseruatibus. Non enim conuenit peccata grauius aliis extra Ordinem propalare. Nec prædictis obstat, quod Fratres itinerantes, vel à Monasterio absentes propter scandalum debeant celebrare, & per consequens ante celebrationem præmittere confessionem omnium peccatorum, ac proxime debere præsumi in dicta generali concessione intelligendam.

De Dubiis Regularium. Resol. CIII. &c. 77

gendam esse facultatem absolventi a referuatis. Nam respondeo, quod si talis Religiosus extra Monasterium se inuenit, non habens expressam licentiam sui Praelati, vt absoluantur a casibus referuatis, atque sine scandalo non potest celebrare, tunc in tali casu bene potest accedere ad celebrandum; nam idem exultimandum est de illo, ac si non haberet copiam Confessoris: satique illi est, vt procuret habere contritionem. Ita Miranda, & ego.

RESOL. CIII.

An Regularis extra Monasterium existentes possint a peccatis referuatis absolui? Et an hoc non valeat pro casibus ab ipsissimis Superioribus referuatis? Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. Resol. 78.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Eusebius de Herrera in decisionibus moralibus, dicit. 9. numer. 23. vbi sic asserit: *Aduerto, que Inocencio Octauo concedio a los Padres del Orden de Predicadores, Monachos extra Monasterium Ordinis existentes de licentia suorum superiorum, cuiuscumque Regulari seu seculari Sacerdoti confiteri possit, & cum eo a quocumque crimine quomodocumque referuato, sicut Confessores Ordinis eos absoluerit, & cum eidem dispensare possint. Y esta concession esta en pie yd ella se hace mencion en el compendio del Cistel, §. 5. y la trae Manuel Rodriguez tom. 1. quæstion. 62. articulo. 5. de donde consta, que los Religiosos que se peden ser absoluidos de los casos referuados por qualquier Confesor de su orden aunque no tengan las voces del superior. Item, los Religiosos que andau fuera de la orden confesarse con qualquiera confesor aprouado regular, o secular, el qual los puede tambien absolver, de los referuados conforme a el tenor de la clausula, y para esto no es necesario pedir licencia expressa al Prelado, sino que basta la presumpcia. Como lo tiene Angles, en su suma libro 4. quæstione 8. de Confess. articulo. 8. difficult. 2. Siluestro verb. Confessor. 1. numer. 6. y lo insinua Rodriguez. vbi supra. De donde se colige que los dichos Religiosos quando andan fuera de sus Conuentos, pueden usar con mayor seguridad de la facultad de la Bula, pues demas de los fundamentos que pusimos tienen esta concession de Inocencio Octauo, para poder ser absoluidos de los referuados, de la qual per participacionem gozan todos los demas mendicantes. Ita ille.*

2. Sed nota, quod hoc priuilegium non valet pro casibus referuatis ab ipsismet superioribus Regularium, nam Innocentius asserit, Regulares existentes extra claustra, posse absolui a secularibus, sicut Confessarij Ordinis poterant illos absoluerit. Sed Ordinum Confessarij non possunt illos absoluerit a casibus superioribus referuatis sine eorum licentia. Ergo, &c.

3. Nec sufficere, vt vult perperam Herrera in nostro casu præsumptam superiorum licentiam, ego alibi satis probaui; quoad vero facultatem vtendi priuilegio Bullæ Cruciatæ nominatim contra Heretiam sans doctæ & latè differit nouissime, me citato, P. Lugo de Sacrament. Penitentia, disput. ... scilicet ... maxime post Bullam sanctissimi D. N. Urbani VIII. vt etiam, me citato, tenet tandem Agidius Trullench in secunda editione Bullæ Cruciatæ, vbi latè hanc pertractat quæstionem; licet tanquam probabilem admittat contrariam sententiam P. M. Candidus, tom. 2. disput. 24. articulo. 6. dubio. 4. qui tamen nullam facit mentionem de supradicta Bulla Pontificis Ur-

bani VIII. quod miror, cum Romæ scripserit, & sit diligentissimus; vnde nostram sententiam maxime post dictam Bullam Urbani VIII. tenendam esse, docet Gauntius in Manual. Episcop. verbi. Regularium inra sub Episcopo, n. 84. vide etiam Barbofam in collect. v. Bulla, quibus omnibus adde noui quædam Ioan. Machadum de presert. Confess. tom. 1. lib. 1. part. 2. tr. 3. doctum. 2. n. 4. vbi me citato, stante dicta Bulla Urbani VIII. nostram sententiam tenet.

RESOL. CIV.

Quidam Religiosus, cum in casum referuatum incidisset, ex industria cuiusdam negotij se transfudit in aliam ciuitatem, vt ibi absolueretur, que fuit, an valida fuisse illa confessio?

Et explanatur etiam idem quoad seculares ex S. Cardinalium Congregatione, id est, quod casus referuati non possint absolui etiam a Confessario pro illo loco, in quo non sunt referuati, si penitens malitiosè discedat a sua Diocesi, in qua sunt referuati, & tendat ad Confessarium alterius Diocesis. Ex p. 6. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 57.

§. 1. **A**ffirmatiue ad hunc casum respondet Stephanus Bauny in Theol. moral. part. 1. tract. 4. quæst. 8. dub. 5. vbi sic ait. An si Religiosus habens casum referuatum, eo appellat, vbi non est, de eo absolui possit a quolibet de expositis in eo Cœnobio? Respondendum posse, causa est, quod in absoluedo, leges quisque suæ Prouincie, Cœnobij aut Episcopatus sequi debeat, & non alterius; ergo si in eo Conuentu, ad quem ex itinere Regularis deflexit, peccatum cuius est ipse conscius, non est de numero referuatorum in eo Cœnobio, de eo a Confessario quolibet, qui authoritatem ad cætera remittenda communem habet, absolui poterit, etiam si dedita opera eod prædictus penitens venisset, ne se Superiori peccata venia causa cogere sitere. Ita Bauny.

2. Sed contrariam sententiam tenet Zambellus in Repert. mor. ver. casus referuati, num. 26 vbi sic asserit. Casus referuati non possunt absolui etiam a Confessario pro illo loco in quo non sunt referuati, si penitens malitiosè discedat a sua Diocesi, in qua sunt referuati, & tendat ad Confessarium alterius Diocesis, ex S. Congreg. Card. die 19. mensis Nouemb. 1616. & hanc opinionem sequi videtur etiam Lupus de cas. referu. p. 1. dist. 8. art. 2. difficult. 1. n. 3.

RESOL. CV.

An Confessarius secularis possit absoluerit Nouitios Regulares etiam a peccatis in Religione referuatis? Ex p. 3. tract. 2. Resol. 4.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Peregrinus in comment. ad nostras constitut. part. 2. cap. 5. lit. K. vbi sic asserit. Aduerti debet, quod Nouitiorum confessiones audiendi coram soli Magistro Nouitiorum committi debet, semel tamen vel bis in anno, id etiam licebit Superiori, vel cui ille commiserit, vt patet ex decreto Clementis VIII. in illis verbis, *Quilibet Nouitius, &c.* & ex hoc decreto apparet manifestè quod nullus alius præter nominatos in dicto decreto habet facultatem audiendi confessiones Nouitiorum, & si alij de facto audiant & absoluant, confessio erit nulla ex defectu potestatis Confessarij. Ita ille qui nullam auctorem pro hac sententia adducit: sed poterat, nam illam tenet etiam ex

Sup. hoc ne deferat legere doctrinam R. not. seq. à pr & aliarum eius primæ annot.

Sup. hoc in to. 1. tr. 5. R. 50 §. vic. & in aliis eius annot.

Sup. hoc in R. f. q. & in R. 1. post. seq. lege eius doctrinam. & §. eius annot. & inferius in tr. 3. R. 53 §. 2. ad lin. 3. & cum Villalobos tantum in §. seq. cit. in co. 4. tr. 3. R. 33 §. 1. carum in fin